Ill.mo ac R.mo D. D. D. D.or Francisco de Aguiar, et Seyxas Mexicanæ Ecclesiæ Dignissimo Archiepiscopo Regioque Conciliario etc.

Frater Hieronymus Cardona in sacra theologia Magister, ac huius S. P. N. Dominici de Porta-Cœli Collegij humilis Rector, et Regens salutem in Domino.

Cum iuxta statuta nostri Collegij Rectoribus ex offi-
cio incumbat Fratres sibi subditos Ill.mi Archiepiscopi
præsentare ad Sacros ordines suscipiendos; ideo Supplex
(quam submisso animo possum) Vestram Ill.mam Domina-
tionem obsecro, et oro ut fratrem nostrum fratrem Ioann-
em de Alvarado Subdiaconum, ad Sacrum Diachona-
tus ordinem habeat tanquam legitime præsentatum, mori-
bus, ac scientia approbatum, cum præmisso, et rigoroso exa-
mine sufficiens existat. Quo beneficio inclinati magis, ac
magis excitabimur ad exorandam immensam Dei benigni-
tatem ut Vestram Ill.mam Dominationem tueatur, et augeat.
Datis in hoc nostro S. P. N. Dominici de Porta-Cœli Collegio,
Manu propria subscripti, et sigillo officij nostri muniti.
Die decima octava mensis Decembris anno Domini
Millesimo sexcentesimo nonagesimo septimo.

Frater Hieronymus de Cardona
Mag.r Rector, et Regens.

De m.to R.i ad. P. Mag.i Rectoris, ac Regentis

Frat.r Antonius Pinto et Aguy
Lector sacræ Theologiæ et Not. Nomin.